33 Ἀμφότερος, ρα, ρον, Uterq; utraq; utrumq;: abhinc ἀμφοτέρως & ἀμφοτεράχις utroq; modo, ἀμφοτέρωθι utrobique: fit ab ἄμφω ambo, ambæ, quod ab ἀμφὶ vel ἀμφὶς circa, utrinque.

Ὕλη, ης, ἡ, Materia, propriè dicitur de lignis: abhinc ὑλήεις opacus arboribus, ὑλαῖος ſylvaticus.

Δαιδάλλω Magna arte elaboro, vario, artificio diſtinguo: fit à Δαίδαλος Dædalus, Faber ille Athenienſis etiam artificioſus; hoc autem à δαίω ſcio: abhinc δαίδαλμα opus ſummâ arte elaboratum.

Πρόσωπον, τὸ, Vultus, facies, etiam perſona tum realis, tum hypocritica vel ficta: fit ex πρὸς & ὤψ oculus, item aſpectus; hoc autem ab ὄπτομαι video; ὀπτάνομαι autem aſſor: ab ὄπτομαι etiam fiunt ὄμμα oculus, viſum, ὄψις viſus.

34 Χθὼν, ονὸς, ἡ, Terra, humus, idem quod γαῖα· abhinc χθόνιος terreſtris, item ſubterraneus; item χθόνιος ἄνθρωπος eſt fraudulentus & ſubdolus homo.

Ποιὰ vel ποιὴ, Ion. pro πόα herba. βοτάνη abhinc dimin. ποάσιον herbula, ποάζω herbas noxias eradico, ποάσειον falx, ποιήεις herboſus: fit à πόα annus; quia ſingulis annis creſcit & areſcit.

Δένδρος,

Δένδρον, ου, τὸ, Arbor: abhinc δενδρήεις arboribus abundans, δενδρώδης arboreus, δενδρὼν arboretum vel arbuſtum: fit à δένδρεον, idem quod δένδρον.

Ζῶ pro ζῶα Animalia, plur. τὸ ζῶον animal; quod à ζωὴ vita: hoc autem à ζάω, Poeticè ζώω, vivo, fut. ζήσομαι: à quo ζωὸς vivus, ζωτικὸς vivificus, ζωϊκῶς, ζωτικῶς ἔχων vivere volens.

Ὕδωρ Aqua, vide ſup.

Ἀστὴρ, έρος, ὁ, Stella unica; ἄστρον verò ſignum ex multis compoſitum ſtellis, conſtellatio: fit ex α priv. & ἵστημι ſto, ὁ ἄστατον δρόμον ἔχων, inſtabilem habens curſum. Sed hic notanda eſt differentia inter ἀστὴρ ſtella & ἄστυ Aſter urbs; illud acuitur, hoc penacuitur.

35 Ποῖος, α, ον, Qualis: fit ab οἷος qualis; ſed οἷος ſolus.

Γενεὰ, ᾶς, Ionicè γενεὴ, ῆς, ἡ, Ortus, generatio, ætas, ut εἰς γενεὰς γενεῶν in omnes ætates, Hebraiſmus: fit ἀπὸ τοῦ γίνομαι, ſup.

Μέροψ, Epitheton propriè hominis: fit à μερίζω divido, & ὄψ vox, quod ab ἔπω dico: hinc homines μέροπες dicuntur, quòd linguâ articulatâ loquuntur; vel quòd hic aliâ, ille aliâ linguâ & dialecto loquatur.

Βροτὸς Mortalis (βρότος autem cruor) ut hìc μέροπες βροτοὶ mortales homines: deductum eſt à ῥέω fluo, quaſi ῥοτὸς, quòd nihil magis ſit fluxum quàm homo.

Ἐκγεγάασι, 3. Plur. præt. med. ab antiquo ἐκγάομαι, in perfecto (forſitan) medio ἐκγέγαα· tamen vide Gr. Gr. Rud. pag. 57. Grammatici enim tanquam Activum ex γέγονα refingunt.

36 Σῶμα, ατος, τὸ, Corpus. Νέμας Fit vel à δῶμα, ut dicatur σῶμα quaſi δῶμα τῆς ψυχῆς, domicilium animæ; vel à σῆμα, quòd anima in eo quaſi ſepulta eſt; aut παρὰ τὸ σῴζω vel σώζω, quòd anima in corpore quaſi in carcere ſervatur: abhinc σωματώδης corporeus, σωματικὸς corporalis, σωματικῶς corporalitèr.

Θεόσδοτος à Deo vel divinitùs datus: fit à θεὸς Deus & δίδωμι do.

37 Ἀνὴρ, Gen. ἀνέρος, per Syncopen ἀνδρὸς· ſumitur δ, quia ν non ponitur ante ρ· fit ab ἀνύω perficio, quia omnia viriliter perficit: abhinc ἀνδρεία fortitudo, quia virum decet; ἀνδρεῖος virilis.

Εἵνεκα, pro ἕνεκα, Gratiâ, causâ, ſup.

Πλάσεν, aor. 1. Indic. act. Ionicè & Poeticè pro πλάσε, quod etiam pro ἔπλασε τοῦ πλάσσω fingo, σω, ακα, ασμαι· à quo

πλάσμα figmentum, πλάσης fictor, πλαστὸς fictus.

38 Εὐδαιμονέω Beatus ſum, ήσω, κα· abhinc εὐδαιμονία beatitudo, εὐδαίμων beatus: fit à δαίμων Deus, numen (quaſi δαήμων peritus & ſciens artifex) quod à δαίω ſcio.

39 Αἴσιμος Pius, juſtus, æquus; ab αἶσα officium: eſt & αἴσιμος fatalis: hoc autem ab αἶσα fatum, quod dicitur quaſi ἀεὶ ἶσα, vel quaſi ἡ ἀεὶ ἶση par ſemper: vel ut alii à δαίω divido, quaſi δαῖσα, abjecto δ.

Φυλάσσω, Atticè φυλάττω, Cuſtodio, ſervo, conſervo; etiam caveo: abhinc φύλαξ cuſtos, φυλακὴ cuſtodia, φυλακεῖον præſidium.

40 Ναὶ, Adverbium affirmantis & concedentis, Næ, quidèm, immò, ſanè.

Ἐξεπλάσθη, 3. perſ. aor. 1. paſſ. τῦ ἐκπλάττω· quod fit ex ἐξ vel ὐκ & πλάσσω fingo, ſupra.

Unde igitur labes ægrotis mentibus hæret?
Primi Satoris crimine, at *noſtro* quoque.
Réſne Deus lapſu volvi permittit inani?
Extat, manétque nil niſi ejus numine.
Cur mala committi patitur ſi cuncta gubernat?
Bonus, atque *ſapiens* utitur rectè *malis*.
Eſtne Deo quidvis faciendi plena facultas?
Quicquid *decorum* eſt, inde *cunctipotem* vocant.
Vera Dei ſoboles dic quando duxerit ortum?
Homo ille in *ævo* natus, *ante* ævum *Deus*.

Ἀμπλακίη πόθεν ἦν δειλῆς περὶ φρεσὶ πέφυκε;
Πρωτοπάτορ μὴ ἄϊτιος, ἀλλ' ἡμεῖς ἅμα.
Ἦ Θεὸς αὐτομάτως κόσμον περόησε φέρεσθαι;
Πᾶν μὲν ξυὼ αὐτῷ καὶ φύει καὶ σώζεται.
Ἦν πάντων κρατέῃ, τί κακὰς ποτε τολμὰς ἀνέτλη;
Εὖ καὶ σοφῶς γὰρ εὐθετεῖ τὸ δύσνομον.
Ἦ Θεὸς ὑψιμέδων δύναται ῥέα πάντα τελέσαι;
Πρέποντα πάντα, Παγκρατῆς ὅθεν κλύῃ.
Γνῆσιος Ἀθανάτοις Παῖς εἰσὲ πότ' ἔμμορεν ἀρχῆς;
Ἀνθρωπος ἐν χρόνῳ, Θεὸς φὺς πρὸ χρόνου.

Teſtimonia

Teſtimonia Sacra.

[1] Rom. 5. 12. Διὰ τοῦτο ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον. Job. 14. 4. Pſal. 51. 5. Rom. 3. 9.

[2] Math. 10. 29, 30. Οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἐπὶ τὴν γῆν ἄνευ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν. [30] Ὑμῶν δὲ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσί.

[3] Gen. 50. 20. Ὑμεῖς ἐβουλεύσασθε κατ' ἐμοῦ εἰς πονηρὰ, ὁ δὲ Θεὸς ἐβουλεύσατο περὶ ἐμοῦ εἰς ἀγαθὰ, ὅπως ἂν ὑψωθῇ ὡς σήμερον, καὶ σωθῇ λαὸς πολύς. Act. 4. 27, 28.

[4] Tit. 1. 2. Ὁ ἀψευδὴς Θεός.

[5] Iſa. 9. 6. Ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν υἱὸς καὶ ἐδόθη ὑμῖν. Johan. 8. 56. 58. Ἀβραὰμ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν. [58] Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγὼ εἰμί.

Sectio quinta.

41 Ἁμαρτία, ας, Peccatum, erratum, labes. ἁμάρτημα. fit à πλανία error, delictum, quod à πλάζω, πλάγξω (addito γ euphonicωs) errare facio: ſunt verò qui non à πλάζω, ſed à πλέκω deducunt; quòd laquei inſtar homines implicet.

Πόθεν, Interrogativ. Unde, ut πόθεν ὦ Σώκρατες φαίνῃ; Unde ô Socrates appares? fit ab ὅθεν Indefinit. unde, quod ab Articul. ὅς.

Δειλὸς, Poeticè pro δειλαῖος, Dat. plur. fœm. τῆ δειλὸς debilis, infirmus, ut δειλὸν γῆρας· etiam timidus, miſer. Cum Gen. pro Superlat. ponitur, ut δειλὲ ξείνων· abhinc δειλία timiditas, debilitas. Hinc δείλης veſperi, cui oppon. πρωΐ· vel quia tunc dies debilis eſt; vel quia tunc homines timere ſolent. Speciosiùs deducunt à δείδω· cùm veriùs dubio procul ſit à Chaldaico דָּחַל Timere.

Φρεσὶ, Poeticè pro φρεσὶ, Dat. plur. τῆ φρὴν Mens, ſup.

Πέφυκε, 3. perſ. præt. Activ. τῆ φύω Gigno, naſcor, ſupra. Obſervare licet in vocib. Tmeſin, πρὸς φρεσὶ πέφυκεν pro προσπέφυκε φρεσὶ, adhæſit præcordiis: ſic προσπέφυκα apud Ariſtotelem

telem notatur significare Agnatus sum, item annexus sum, adhæreo; apud quem reperitur πεφυκέναι τινὶ simplex, pro inhærere, concrescere alicui. Notatur vitium inolitum.

42 Πρωτοσπόρος Activè, Primus sator, qui primus serit; sed πρωτοσπόρος Passivè, Qui primus seminatus est: fit à πρῶτος primus & σπείρω semino, spargo, ερῶ, ἔσπαρκα.

Αἴτιος Causa rei alicujus, Autor: fit ab αἰτία (incertum, an vice versâ αἰτία ab αἴτιος) causa, ratio, ut αἰτίαι πρῶται causæ primæ; etiam culpa, crimen. αἰτίαν ἔχε τῆ πολέμω, culpatus fuit ob bellum: dicitur & αἰτίαν ἔχω ὅτι τούτῳ, & αἰτίαν ἔχων ὑπὸ τινὸς, accusari ab aliquo.

Ἅμα Simul, unà cum, Adverb. Temporis: elegantèr cum Dandi Casu conjungitur, ut ἅμα τῷ καιρῷ commodè, ἅμα τῷ ἔαρι, θέρει, χειμῶνι, primo vere, prima æstate, prima hyeme: etiam cum Infin. nominis Instar jungitur, ut ἅμα τῷ αἰσθέσθαι τὸ σκεύωρημα ut primùm fraudem sensit: etiam cum duplici Particip. sequente καὶ, ut ἅμα τε γεάφων καὶ λέγοντος ἀκούων simul & scribens & dicentem audiens. Vide Viger. de Idiotismis Græcæ dictionis.

43 Αὐτομάτως Sponte, ultrò. αὐτομάτως, αὐτομάτει seu αὐτοματί. ἑκουσίως. ἐκ προαιρέσεως. ἐκ προνοίας. fit ab αὐτόμαλος ultroneus, spontaneus; etiam αὐτόματος θάνατος est mors naturalis. Αὐτόματος fit vel ab αὐτὸς & μάομαι excitor; vel ab αὐτὸς & μάτην.

Προέηκε, Ionica dissolutione τῦ η pro προῆκε, Aor. 1. act. Indic. τὸ προΐημι, fut. προήσω (ex inusitato προίω) quod ex πρὸ & ἵημι mitto.

Φέρεσθαι, Infin. Pass. τὸ φέρω fero, fut. οἴσω, tanquam ab οἴω, aor. 1. ἤνεγκα, tanquam ab ἐνέγκω· sæpe conjunguntur φέρειν καὶ ἄγειν pro diripere & populari. Interdum usurpatur pro pertinere, ut πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα quæcunque ad beatitudinem pertinent: item cum νύκτα vel ἡμέραν, ut νύκτα καὶ ἡμέραν φέρειν, i. e. traducere: item Imper. φέρε adhortantis est, ut φέρε δή agè verò: etiam φέρε cum Infin. εἰπεῖν redditur, verbi causâ, ut ita dicam, exempli gratiâ. Vide Viger. abhinc φόρος Tributum.

44 Σώζω Servo, σω, σέσωκα, σέσωσμαι, ἐσώθην, excluso Sigma Præteriti, θήσομαι· fit à σῶς, contractè σώς, salvus; à quo σωτηρία salus, σωτὴρ servator σῶρον merces, quod datur Medico ob sanationem, σώφρων sobrius, ex σῶς & φρὴν.

45 Κρατῶ, 3. pers. præs. subjunct. act. τὸ κρατέω Impero, guberno,

guberno, ἥσω, κεκράτηκα· conſtruitur hic cum Gen. verba enim Imperandi Genitivo gaudent. Fit à κράτος potentia, ſupra.

Τί, Poeticè τίν, Cur? quid? à τίς quis, Interrogat.

Κακὸς, ὴ, ὸν, Malus, nequam; item pauper, vilis: dictum eſt quaſi χακὸς à χάζω recedo; quòd omnes malum fugiant: abhinc κακόω· nam ab Adjectiv. in ος formantur Verba in όω. Vide Anteſig. pag. 91. v. 33.

Τόλμη, ης, ἡ, Audacia, fiducia; plerunque in malam partem accipitur: abhinc τολμάω audax ſum, audeo; etiam comminiſcor, ut τολμᾷ δὴ τοιῦτο tale quid comminiſcitur; etiam ſuſtineo, ut τολμᾷ θ' ἃ μὴ χρὴ ſuſtinet quæ non decet: abhinc etiam τολμητὴς homo audax.

Ἀνατλάω, vel ἀνάτλημι, Perſero, perpetior: ex ἀνὰ & τλάω, per Syncopen pro ταλάω ſuffero, τλήσω, τέτληκα· abhinc τλήμων patiens, τλῆσις patientia. Aor. 2. ut ἔστλην.

46 Σοφῶς Sapientèr, Adverbium Qualitatis, ex Gen. plur. Adject. σοφὸς, mutato ν in ς, formatum.

Εὐθετέω Aptus ſum; etiam idem quod εὐθετίζω, concinnè vel aptè diſpono: ex εὖ benè & τίθημι pono, θήσω, τέθεικα, pro τέθηκα.

Δύσνομος Illegitimus, & τὸ δύσνομον peccatum: ex δὺς quod vim contrariam habet, & νόμος Lex; peccatum eſt enim Legis tranſgreſſio. De νόμος vide ſupra. Abhinc δυσνομία mala legum inſtitutio, licentia. δυσνόμω opponitur εὐνομος.

47 Ὑψιμέδων In alto regnans: fit ex ὕψι, de quo ſupra, & μέδω, idem quod μεδέω, impero; à quo μέδοντες Principes.

Δυνάμαι, ἠσομαι, δεδυνήμαι, Poſſum. Interdum δύναται Imperſonaliter uſurpatur, ut δύναται ἀρετὴ γενέσθαι ἐν ὑφῆνον ἄυλον fieri poteſt ut virtus ſit, &c. Interdum jungitur Dativo, ut δύναδζ τῷ σώματι bene valere, firma eſſe valetudine; etiam δύναδζ æſtimari: abhinc δύναμις potentia, δυνατὸς poſſibilis, cum ſequente Infinit. potens; cui opponitur ἀδύνατος impotens, impoſſibilis.

Ῥέα Facile, Poet. ῥεῖα· quaſi ῥέδια, à ῥέζω facio, ut facile à facio; ῥέξω, per Metathes. ἔρξω. Potiùs deduxeris à Chald. עָלַל Velle; niſi etiam ῥέζω facio, ab Hebr. עָשָׂה Velle: de Deo enim dignum eſt dicere, Modò volueris, feceris; è contrà, Nil tam facile, quin difficile fiat, invitus ſi facias. Abhinc ῥεκτὴρ actor, ῥάδιος, Compar. ῥᾴων, Sup. ῥᾷστος.

Τελέσαι, Poeticè pro τελέσαι, Aor. 1. Infin. τὸ τελέω Perficio, ad finem perduco: hoc autem à τέλος finis, exitus. τέλος

ἔχειν

ἔχειν finem habere; etiam Agmen, Cohortem significat, & Ve[illegible] ſtigal. τὰ τέλη myſteria, ſacra. οἱ ἐν τέλει magiſtratus.

48 Πρέπω Decorus ſum, excello; πρέπει decet, convenit. Ab hinc τὰ πρέποντα quæ decent, πρεπόντως decenter.

Παντοκράτης Omnipotens: ex πᾶς omnis (à quo παντὸς omnis) & κρατέω impero, ſupra.

Κλύω Audio: conſtruitur cum Gen. ut κλῦθί μευ ἀργυρότοξ[illegible] Il. α. abhinc κλυτὸς inclytus.

49 Γνήσιος, α, ον, Legitimus, minimè ſpurius, ut γνήσιοι παῖδες: etiam germanus: dictum eſt quaſi γονήσιος vel γενήσιος quod à γείνομαι naſcor, ſupra.

Ἀθάνατος, ε, Immortalis: fit ab α particula privativa & θάνατος, ε, Ionicè ιο, Mors: hoc autem ἀπὸ τοῦ θνήσκω (fut. θανοῦμαι & τεθνήξομαι, præt. τέθνηκα, Poeticè & Ionicè τέθναα) morior. θνητὸς & βροτὸς mortalis τῷ ἀθανάτῳ opponuntur.

Παῖς, Poeticâ dialyſi pro παῦς Puer, ſupra.

Ἔμμορεν, 3. perſ. Poet. præt. med. τοῦ μείρω Divido, de quo ſupra: conſtruitur hìc cum Gen. ἔμμορεν ἀρχῆς, pro Duxerit ortum.

50 Φὺς, Aor. 2. part. act. verbi φῦμι vel φύω Gigno.

Quid fuit ille Dei priùs omni filius ævo?
Imago, ratio, ſermo, conſilium Patris.
Eſtne aliquid Nati quo ſit teſtata poteſtas?
Factus *per ipſum* mundus, *abſque* ipſo nihil.
55 Unde animam humanam, mortaléſque induit artus?
Fœcunda *virgo Spiritûs* peperit ſatu.
Quod tulit, ede mihi, divina Puerpera nomen?
Stirps ABRAHAMI, *Maria* DAVIDIS genus.
Ergò Deo diverſus homo binique fuere?
60 Erat unus idem, quique *homo*, quique & *Deus*.

Θεσπεσίη φύτλη, τί πόθ' ἧν σεὸν ἢ χρόνον εἶναι;
[1] Βυλὴ, [2] χαρακτὴρ, [3] ἑκάτερος λόγος Παιδός.
Ἦ ῥά τι καὶ μεγάλως δείξαις ὁπιμάρτυρον Υἱῦ;
[4] Κτίσθη δὲ ἔθεν ὁ κόσμος, ἄτερ ἔθεν οὐδὲ ἕν.
55 Ἀνδρομέην ψυχὴν πόθεν ἔσατο, θνητά τε γυῖα;
[5] Ἐκ Πνεύματος ἁγνῆς παρθένου τέκε κοῦρος.

Εἰσ'

εἰπ' ἄγε τοῦτο, μάκαρ τί μοῦ ἔνομα θνητόκῳ ἦς;
Μαεία [6] Ἀβράμι φῦσα καὶ [7] Δαβιδόθεν.
Ἀνθρώπε Θεὸς ἄλλος ἔην; ἦλθοι ἢ ἠγύεθην;
ὁ Εἷς οὗτος ἦν [8] ὃ ἄνθρωπος ὢν τε κἀγὼ Θεός.

Teſtimonia Sacra.

[1] 1 Cor. 1. 24. Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν καὶ Θεοῦ σοφίαν.
[2] 2 Cor. 4. 4. Τοῦ Χριστοῦ ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ. Col. 1. 15. Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου. Heb. 1. 3. Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ.
[3] Johan. 1. 1. Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος.
[4] Johan. 1. 3. Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν. Col. 1. 16. 17. Heb. 1. 2.
[5] Iſai. 7. 14. Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται καὶ τέξεται υἱόν.
[6] Gen. 12. 3. Καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. Gen. 18. 18. & 22. 18.
[7] Math. 1. 1. Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. Math. 15. 22. Ἐλέησόν με Κύριε υἱὲ Δαβὶδ.
[8] Math. 1. 23. Ἐμμανουὴλ ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός.

Sectio ſexta.

51 Θεσπέσιος Divinus. θεῖος. fit à θέσπις vaticinus, divinus; quod ex θεὸς Deus & ἔσπω, Poeticè pro ἔπω dico; vel quaſi ἐκ θεοῦ πεσών· abhinc θεσπίζω vaticinor, θέσπισμα oraculum, θεσπεσίως divinè.

Φύτλη Generatio, ortus, genus: fit ἀπὸ τοῦ φύω.

52 Βουλὴ Conſilium, concilium; etiam locus in quem conveniunt: fit à βέβολα præt. med. τοῦ βάλλω, Metaphora à ſagittariis ducta: abhinc βουλεύω conſilium do, βούλευμα conſultatio.

Χαρακτὴρ, ῆρος, ὁ, Figura, forma; item imago, effigies, nota impreſſa vel inſculpta: abhinc ἐπικόπτειν χαρακτῆρα percutere monetam: fit à χαράσσω vel ἄσσω ſculpo; à quo χάραγμα veſtigium, ſulcus. Apud Soph. Ἐκά-

Ἑκάτερ⊖ λόγ⊖ Vox { προφορικὸς / ἐνδιάθετ⊖ } utraq; est enim Λόγ⊖ ἡ̃

Interna / Externa } vox { Ratio. / Sermo. }

Eustath. ait hoc nomen Compar. formam obtinere, & ab ἑκά- derivari : abhinc ἑκατέρω in utramq; partem.

53 Δείξαις, 2. sing. aor. 1. Optat. Act. τὸ δείκνυμι Ostendo, monstro.

Ἐπιμάρτυρ⊖ Testis super re aliqua, qui Testis adhibetur ab ὄπι & μάρτυρ⊖, idem quod thema μάρτυρ testis : sumitur Adjectivè.

Ἀλκὴ, ῆς, ἡ, Potestas, robur, vires ; item auxilium, remedium ; etiam victoria, apud Hom. Il. θ.

54 Κτίσθη pro ἐκτίσθη, 3. pers. aor. 1. pass. τὸ κτίζω Creo.

Ἔθεν, Gen. ab ὅ, Ionicè ἕο & εἷο, Attici addunt θεν. ἕοθεν, per Syncopen vel Poet. ἔθεν. Vide Antesig. pag. 112. vers. 41.

Ἄτερ Sine, absque. ἀνδ, ἄτερθε & ἄτερθεν. Cum Gen. tantum præponitur, interdumq; postponitur suo Gen. ut πάλυ ἄτερ sine vibratione.

55 Ἀνδρόμε⊖, ε, ὁ, Humanus : fit ab ἀνὴρ vir, supra.

Ψυχὴ, ῆς, ἡ, Anima, vita ; interdum sic nominatur Pars animæ ratione prædita ; etiam strenuitas, audacia ; in bestiis ferum ingenium : fit à verbo ψύχω significante spiro, refrigero.

Ἕσατο Induit, 3. sing. aor. 1. med. verbi ἕννυμι indutus sum ; quod ab ἕω induo, ἕσω · hìc ponitur pro ἕσατο, & detracto omni augmento, ἕσατο, Anadiplasmo Poetico propter Diastolen ἕσατω.

Θνητὸς, ὴ, ὸν, Mortalis. βρότ⊖. fit ἀπὸ τὸ θνήσκω morior, de quo vide in ἀθάνατ⊖.

Γυῖον, ε, τὸ, Membrum ; sed propriè γυῖα pedes ; etiam de omnibus partibus dicitur ; etiam de toto corpore : cùm autem manus pedesve γυῖα vocantur, Gen. χειρῶν seu ποδῶν subaudiri debet, secundum Eustath.

56 Πνευματώδης, εος, ες, ὁ ἡ, Spiritualis, inflatus : fit à πνεῦμα spiritus.

Παρθένος, ε, ἡ, Virgo : fit vel à θηλάζειν, quia nondum lactat ; vel à παρθέειν præsto, quia formam matribus præstant virgines : abhinc παρθένιος virginalis, παρθενεύω in virginitate dego, παρθενικὸς virgineus.

Τέκε, Ionicè pro ἔτεκε, 3. sing. aor. 2. Indic. act. verbi τίκτω pario : abhinc τοκῆος partus.

Σπορὴ,

Σποζά, ᾶς, ἡ, Satio, ſatus. σποεηλὸς, σπόρος. ſignificat etiam ſe-es, genus : fit à verbo σπείρω ſero, ſemino, ερῶ.

57 Μάκαρ, αρος, ὁ, ἡ, ἡ, τὸ, Beatus, fælix. μάκαρες dicuntur Dii, quia omnium beatiſſimam vitam degunt. Euſtath. dicit putat παρὰ τὸ μὴ ὑποκεῖσθαι κηρὶ, quòd fato non obnoxii: alii ὑπὸ χαίρειν, inde μακάρεος idem ; ſed frequentius in proſa ſurpatur quàm μάκαρ. Martinio derivatur à מִיקָר pretioſus, honoratus.

Θεότοκος, Ionicè pro Θεοτόκος, Dei Genitrix, ſanctæ Mariæ Virginis Epithet. Θεότοκος autem, à Deo natus, fit à Θεὸς Deus & τίκτω pario.

58 Μαείζ, Heb. exaltatus, Nomen Virginis ſanctæ.

Ἄβραμος, άμου, Abram : fit ab Hebr. עָבַר Tranſivit, quia cùm Deus juſſit, Fluvium Meſopotamiam tranſivit : vel ab אַב Pater & רָם Excelſus, quaſi Pater Excelſus. Sed poſtea Deus nomen ejus ab Abram in Abraham mutavit & deduxit ab אַב Pater & עַם Populus, quia dixit ille, Patrem multorum populorum feci te. Potiùs (ut alii) ab אַב & הָמוֹן.

Δαβιδθεν, i. e. ἐκ τοῦ Δαβίδ, A Davide, Heb. dilectus : verbum ab Autore doctiſſimo factum.

59 Δισσοὶ, Ionicè δῆξοὶ, Atticè δῆτοὶ, Bini, duplices : ab Adverb. δὶς bis, per Syncopen pro δυάκις, à δύο.

Γενήθω, pro ἐγενήθω, 3. perſ. dual. aor. prim. paſſ. τοῦ γίνομαι.

60 Ὠνθρωπος, Synalœpha pro ὁ ἄνθρωπος, quod ſupra videas.

Permixtúmne fuit cum non pereunte caducum ?
Convênit *impermixta* natura utraque.
Afferrine poteſt res hoc quæ fœdus adumbret ?
Exiſtit *homo* ſic *unus* animo, & corpore.
Natus at ille Dei cur nomine dictus *Ieſu* ?
Vox iſta Solymis *ſoſpitatorem* notat.
Nomine cur illum *Chriſti* pia turba celebrat ?
Mos *regem inungi*, fecit hunc *regem* Pater.
Quâ verò peperit nobis ratione ſalutem ?
Vitâ atque *morte*, deinde vitâ *redditâ*.

Ἦ ῥα σὺ ἀφθάρτῳ κέχυτ' ἄμμιγα σπέρματι θνητόν;
Ἀξυγχύτως παρῆεν ἑκάτερον γένος.
Τῶδε τί μοι ζώγρις σκιερὰν δώησιν ὀπωπήν;
Ἄνθρωπον ἔτω σῶμα καὶ ψυχὴ τελεῖ.
Τίπτε ἢ θαλπωρὲς κλυτὸν ὄνομα κέκλεϊ' Ἰησοῦς;
Σωτῆρ Ἑβραίοις τοῦτο σημαίνον κυρεῖ.
Τίπτε ἢ καὶ χειρὸν θεράποντες ἑ κικλήσκουσιν;
Ἄναξ κέχρις, Ἄναξα θῆκέ γιν Πατήρ.
Ἦ δὲ τί κεν ῥέζων ἡμέας θανάτοιο ἔλυσε;
Ζῶν μιν, θανόν τε, καὶ θις ἀνσὰς ἐκ νεκρῶν.

Testimonia Sacra.

Math. 1. 21. Καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.

1 Sam. 10. 1. Καὶ ἔλαβε Σαμουὴλ τὸν φακὸν τοῦ ἐλαίου, καὶ ἐπέχεεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐφίλησεν αὐτὸν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Οὐχὶ κέχρικέ σε Κύριος εἰς ἄρχοντα ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐπὶ Ἰσραήλ; 1 Sam. 16. 13. Καὶ ἔλαβε Σαμουὴλ τὸ κέρας τοῦ ἐλαίου καὶ ἔχρισεν αὐτὸν ἐν μέσῳ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ. 1 Reg. 1. 39. Καὶ ἔλαβε Σαδὼκ ὁ ἱερεὺς τὸ κέρας τοῦ ἐλαίου ἐκ τῆς σκηνῆς, καὶ ἔχρισε τὸν Σαλωμών, καὶ εἶπε πᾶς ὁ λαὸς, Ζήτω ὁ Βασιλεὺς Σαλωμών.

Psal. 2. 6. Ἐγὼ δὲ κατεστάθην Βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν τὸ ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ. Math. 28. 18. Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. Apocalyp. 11. 15. Ἐγένοντο αἱ βασιλεῖαι τοῦ κόσμου τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Rom. 4. 25. Ὃς παρεδόθη διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν, καὶ ἠγέρθη διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν.

Rom. 4. 25.

Sectio septima.

61 Ἄφθαρτος Incorruptibilis, corruptioni non obnoxius: fit ἀπὸ τοῦ φθίω corrumpo, vel φθείρω idem: abhinc φθοὴ, pro quo apud Gal. & Hip. φθίσις Tabes.

Κέχυτ' pro ἐκέχυτο, 3. sing. plusq. perf. pass. vel pro κέχυ-

ται, 3. sing. perf. pass. ✝ χυέω vel χύω fundo, quod à χέω idem, fut. χέσω, χεύσω, & χεύσω.

Ἄμμιγα, pro ἀναμίγα, Simul, unà, ficut ἀμμίγδην pro ἀναμίγδην permixtim: ν enim Præpositionis ἀνὰ, cum Poeticè α finali deperdito ante μ ponitur, in μ mutatur. Fit ab ἀνὰ & μίγνυμι vel μιγνύω misceo, permisceo, μίξω, ab inusit. μίγω.

62 Ἀξυγχύτως Impermixtè, Adver. ex α priv. & ξυὼ pro συὼ cum, & χύω vel χέω misceo, de quo vid. in κέχυ.

Παρῆε, Poeticè pro παρῆν, 3. sing. imperf. τῦ πάρειμι advenio, adsum, quod ex παρὰ & εἰμὶ sum.

63 Τῶδε & τῦδε, Gen. sing. ab ὁ, ἥ, τὸ.

Ζεῦγ-ος, ε-ος, υς, τὸ, Jugum; item biga, fœdus: à ζεύγνύω vel ζεύγνυμι, fut. ζεύξω, tanquam à ζεύγω jungo, copulo. συναπτω. συνίημι. significat etiam matrimonio jungo, & cum Dat. jungitur, ut γάμοισι ἐζύγης nuptiis junctus es, i. e. duxisti uxorem. Potius autem ab Hebr. יָחַד jungere. יָחַד. יָחַד Jugum; nisi Chaldæi ex Græciâ sumpserint radicem Hebræis ignotam. Abhinc ζυγόω jugo. συναρμόζω. ὁμόζυγ-ος conjux, ζύγ-ος conjux.

Σκιερὸς, ὰ, ὸν, Umbrosus, opacus. σκιαρὸς, ἐπίσκι-ος. fit à σκιὰ, ᾶς, umbra, quasi κιὰ, παρὰ τὸ κίω, quòd nos comitetur. Usurpatur σκιὰ & prop. & metaph. prop. ut Odyss. λ. σκιῆ εἰκελον umbræ simile: met. ταλλ' ἐγὼ καπνῦ σκιᾶς οὐκ ἂν πεκάμοιμι, i. e. ne hilo quidem emerim.

Δώησιν, 3. sing. sub. à δώω, δώης, δώῃ, & Ionicè δώησι, à δίδωμι do, δώσω, δέδωκα· δῴησι verò 3. sing. aor. 2. optat. à δῶ & Ion. δῴησι.

Ὄπωπὴ, ῆς, ἡ, Conspectus, visus; etiam oculus. ὄψις. fit à verbo ὄπ-ομαι video, quod rarò in præs. usurpatur; in præt. med. ὄπωπα vidi: à quo ἀπωπὴ, & ἐνώπιον coram, Adverb. & ἀπόπ-ος invisibilis, ἄοπ-ος idem.

65 Θεογενὴς, έος, ῆς, Dei natus. ὁ υἱὸς Θεῦ. Ionicè fit à Θεὸς Deus & γένος genus; progenies; hoc autem à γίνομαι nascor, supra.

Κέκλε' pro ἐκέκλε-ο, 3. pers. sing. imperf. à κέκλομαι verbo Poetico idem significante quod καλέομαι, ut pro καλῶ infrà usurpatur κικλήσκω.

Ἰησῦς Jesus, Gen. Ἰησοῦ, Dat. Ἰησῷ, Acc. Ἰησοῦν: fit à יְהוֹשׁוּעַ vel יֵשׁוּעַ salvavit.

66 Ἑβραί-ος Hebræus: fit ab Hebraico עִבְרִי Hebræus, quod

ab

ab עָבַר Heber, quasi Heberæus, ab Hebero ortus.

Σημαῖνον κυρῶν Est significans, id est, significat σημαίνει. est neut. sing. part. præs. τὸ σημαίνω significo, signum do. δηλόω. hoc autem à σῆμα signum, nota. σημεῖον. Κυρῶν autem 3. sing. præs. ☞ κυρέω κιρῶ, quod idem valet quod εἰμὶ sum. Κύρω Martinio à קָרָה Contingere. Non pote probabilius. Cum Participio plerunq; jungitur, ut hìc & apud Soph. κυρεῖς ἔχων, i. e. τυγχάνεις ἔχων, hoc est, ἔχεις habes.

67 Χριστὸς, ὁ, Christus, Dei Filius; etiam Unctus: fit à χρίω ungo, inungo; quod à χρόω coloro, mutato ο in ι. Sic dicitur Salvator noster, quia Propheta, Sacerdos & Rex erat, quæ tria hominum genera inungi solebant, h. e. ordinari & disponi ad triplex illud officium.

Θεράπων, οντος, ὁ, Servus, minister, famulus: abhinc θεραπεύω ministro, famulor; etiam θεραπεύειν ☞ γῆν pro Colere terram, apud Xen. etiam θεραπεύειν σῶμα Corpus curare, apud Arrian.

Ἑ Se, ipsum. Accus. ☞ ἕ sui, pro quo Dores νίν ponunt, ut infra, ἄναχτα ἔθηκε νὶν Πατὴρ Regem Pater ipsum constituit.

68 Ἄναξ Rex, ανακτος (pro ἄνακος, inserto τ per Pleonasmum) in Vocat. ἄνα· abhinc ἄνασσα Regina, & ἀνάσσω rego, impero; quod cum Gen. & cum Dativo usurpatur: cum Gen. Il. α. Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις· cum Dat. πάντεσσιν ἀνάσσειν Omnibus imper. Il. α. item cum Accus. Vide Gr. Gr. Rud. pag. 155.

Θῆκε Constituit, posuit, Ionicè pro ἔθηκε, 3. sing. aor. 1. Indic. activ. à τίθημι pono, θήσω, τέθεικα, aor. ἔθηκα.

69 Ἔλυσε Solvit, liberavit. ἐλευθέρωσε. 3. sing. aor. 1. Indic. act. ☞ λύω solvo, libero. ἐλευθερόω, ἀπολύω, ἀπαλλάττω. Cum Gen. construitur sicut ἐλευθερόω· necnon cum Accus. ut λύειν τινὰ τινὸς liberare aliquem ab aliquo; & hìc ἡμέας θανάτοιο ῥῦσε nos à morte liberavit.

70 Καῦθις Et rursus, pro κἀ & αὖθις rursum. ἔμπαλιν. fit ab αὖ idem apud Poetas: etiam αὖ τε & αὖτις pro αὖθις, & αὖθ' pro αὖτε usurpantur: dicitur & οἱ αὖθις pro Posteri.

Ἀνστὰς, Poeticè pro ἀναστὰς, Resurgens, Part. aor. 2. act. ab ἵστημι statuo, colloco, στήσω· abhinc ἀνάστασις resurrectio; item erectio. ἀνάστασις νεκρῶν resurrectio mortuorum.

Νεκρὸς, ὄ, ὁ, Mortuus, defunctus; etiam cadaver vel corpus mortuum. ἀποθανών. Derivatur ἀπὸ νε στερητικῶ, i. e. priv. & κῆρ, i.e.

i. e. ψυχὴ, quaſi ſine anima: abhinc νεκρόω eneco, νέκρωσις mortificatio: huic opponitur ζωὸς, vel ὁ ζῶν, vel ἔμψυχος vivus.

Illius ex *vitâ* quos eſt tibi carpere fructus?
Docet illa *verbis*, monſtrat *exemplo* viam.
Perſpicuâ quicquid docuit, complectere ſummâ.
Nôſſe, atque purâ mente *venerari* Deum.
Quas cupit iſta ſibi pietatis regula partes?
Has: *pœnitere*, *credere*, & benè *vivere*.
Dic quid ſignificet pars iſto ex ordine *prima*?
Commiſſa *flere*, flenda non *committere*.
Quænam vera *fides* certam paritura ſalutem?
Deo loquenti *credere* & *confidere*.

Πῶς δὴ τί τοι χρήσιμη κείνη βίος ἡδ' ὀνίνησι;
[1] Λέγων διδάσκει, δρῶν ὁδὸν παραδεικνύει.
Πάντα μοι ὅσα ἐδίδαξε παῤῥησίην κεφαλαῖα.
Γνῶναι μὲ, ἀγνῶς τ' εὐσεβεῖν τὰ πρὸς Θεόν.
Τοῦτο δ' ἀρετῆς τίνα σύλλαβε θέσφατον ἔργα;
Τάδε, [2] μετάνοιαν, πίστιν, ἔυνομον βίον.
Τούτων ἐμοὶ φράζε μέρος τί δ' οἱ ἤθελε πρῶτον;
Πεφυτὰ κλαίειν, ἀξιοκλαυς' ὑ πρᾶγεῖν.
Τίς δ' ὀρθὴ πίστις σωτήρια δῶρα τέκοῦσα;
Θαῤῥεῖν Θεῷ λαλοῦντι, μὴ πεποιθέναι.

Teſtimonia Sacra.

[1] Math. 20. 28. Ὥσπερ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι ἀλλὰ διακονῆσαι. Epheſ. 5. 2. Καὶ περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς. Col. 3. 13. Καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἐχαρίσατο ὑμῖν οὕτω καὶ ὑμεῖς. 1 Pet. 2. 21. Ὅτι καὶ Χριστὸς ἔπαθεν ὑπὲρ ὑμῶν, ὑμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογραμμὸν, ἵνα ἐπακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ.

[2] Act. 20. 21. Διαμαρτυρόμενος τὸ εἰς τὸν Θεὸν μετάνοιαν, καὶ πίστιν τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν.

Sectio octava.

71 Χρήσιμη Profit, 3. ſing. Sub. act. ☞ χρησιμέω opitulor, opem fero; ſed χρήσιμη auxilium: dictum quaſi χρησιμῶ, à χρήσιμος utilis: hoc autem à verbo χράομαι utor, derivatur: & abhinc χρεία, & Ion. χρειὼ, utilitas. Idem ſignificant ὠφελέω, συμφέρω, λυσιτελέω cum Dativo, ut hìc τοι χρήσιμη, & τοι ὠφελέω.

Κείνῳ, Gen. Ionicè pro ἐκείνου, ab ἐκεῖνος Ille.

Ὄνῃσι Juvat, 3. ſing. præſ. Indic. act. verbi ὀνίνημι, idem quod ὄνημι juvo, proſum, adjuvo. Cum Dat. conſtruitur; verba enim Juvandi Dativo gaudent. Abhinc ὀνητὸς utilis, quo frui queas; & contra, ἀνονήτος inutilis, quo frui nequeas. ὄναμαι, Dór. pro ὄνημι.

72 Διδάσκω Doceo, inſtituo (παιδεύω, μανθανέω) ἄξω, δεδίδαχα, δεδίδαγμαι; à quo δίδαγμα, Documentum: fit à δί & δάσκω, diſpertior, ſive divido; vel à δίδωμι & δαίω diſco: hinc διδάσκαλος Magiſter, qui docet; διδασκαλία doctrina, diſciplina; διδαχὴ, Idem: δίδακτρον, Præmium magiſtri, Minerval.

Δρῶν Faciens, agens; Part præſ. à δράω, facio, ἄσω (ποιέω) item fugio ſignificat; item miniſtro: etiam δρᾶν τινα εὖ ἢ κακῶς, benefacere aut malefacere alicui: Poetæ hujus Verbi Imperativo nonnunquàm utuntur; maximè verò in aor. pro 2ª perſ. fut. Indic. ut ὅιδ' ὃν ὃ δράσον pro δράσεις, Scis ergo, quid facturus ſis. Vig de Idiot. Græc.

Ὁδός, οῦ, ἡ, Via, iter; etiam vitæ inſtitutum, ſecta, inſidiæ: elegantèr ὁδὸς ſubauditur; ut ἐπὶ ἀγαθῆναι, vel εὐθείας ἐξεπικέναι; vel διαμαρτεῖν, ſubauditur ὁδοῦ. A recta via aberrâſſe: fit ſecundum Euſtath. ab ἔω ſignificante πορεύομαι. Rectiùs qui à Chaldaico עָבַר Tranſire.

73. Διαῤῥήδην Clarè, manifeſtè, apertè; etiam explicatè: Adverbium eſt factum ex ῥέω ſignificante Dico; in quâ ſignificatione quamvis non ſit uſit. ῥέω, in uſu tamen eſt aor. 1. ἐῤῥήθην: abhinc ῥῆμα & ῥῆσις Verbum, dictio, vocabulum.

Κεφαλαιῶ In Capita vel ſummas redige, ſummatim & capitulatim attinge, ſummatim & brevitèr recenſe. συγκεφαλαιῶ fit

ex

ἐκ κεφάλαιον Capitulum, caput, quod à κεφαλὴ, Idem: ſæpe pro toto homine ſumitur per Synechdochen Partis pro toto. Item Metaphoricῶς pro eo quod præcipuum eſt & ſummum in re aliqua: Item ſumma. Ergo ὁλοκεφαλαίως, κεφαλαίως, κεφαλαιωδῶς ſummatim, ſuccinctè, brevitèr: σωμάτως concisè: κεφαλὴ autem fit ἀπὸ τ῀ κεκυφῶσθαι A cavitate.

75. Θρησκεία Religio, veneratio, cultus; σέβασμα: fit à θρησκεύω Ceremoniis quibuſdam ſuperſtitioſis Deum colo (à verbis enim in εύω fiunt verbalia in εία.) verbum eſt à Thracibus deductum, apud quos Orpheus Deorum cultum invenerit, quo poſtea uſi ſunt Græcorum pleriq;. Eſt etiam ſimplicitèr Colo, veneror, σέβομαι, εὐσεβῶ.

Συλλαβε Comprehendit; 3 ſing. aor. 2. Indic. activ. à συλλαμβάνω Comprehendo, complector; quod ex σὺν & λαμβάνω Accipio, capio, λήψομαι, ἔλαβον: abhinc λαβὴ Prehenſio, λῆψις Acceptio.

Θέσφατ῀ Divino Conſilio eveniens, divino ore pronuntiatus: etiam τὸ θέσφατον Oraculum, & τὰ θέσφατα Vaticinia, Reſponſa divina: fit à θεὸς Deus, & φάω, vel φημὶ Dico, aio: etiam Luceo, ſplendeo, ſupra.

76. Τάδε, pro ταῦτα, Articulus pro Demonſtrativo.

77. Ἔκ μοι φεφίζε, per Tmeſin pro μοὶ ἐκφεφίζε Dic mihi; 2. ſing. Imper. Activ. ἐκφεφίζω Eloquor, enarro; σω, ἤνεγκα, aor. 2. ἤνεγκον: Euſtath. deducit à φάω dico, unde primo φάζω & Epentheſi literæ ρ, φεφίζω. Verùs qui deduxit φεφίζω ex ῾ב֫ר֫.

78. Κλαίειν Flere, Infin. activ. ἀπ῀ κλαίω Ploro, lachrymor, fleo; ὀδύρομαι, πενθέω, κλάω, κλαύτω, & κλαύτομαι; ſignificat etiam do Pœnas, ut κλαίειν λέγω σοι Lachrymas tibi denuntio, i. e verbera. In conſtructione cum Accuſ. uſurpatur, ut hic, πεφαγμένα κλαίειν Commiſſa flere. Euſtath. à κλάω frango, deducit; quia Lachrymis animus quodammodo frangitur.

Πεφαγμένα Facta, commiſſa; Plur. neut. part aor. 2. Activ. ἀπ῀ πράσσω vel πρήσσω facio, ago; ἄγω, ποιέω, πράξω, aor. 2. ἔπραγον: In part. πραγὼν, οῦσα, όν: ſignificat etiam adminiſtro: dicitur etiam πράττειν περὶ εἰρήνης de pace agere; etiam vivo: item πράττειν γάμον Moliri nuptias; Ionici loco πράσσω dicunt πρήσσω cum η; πρακτὸς Qui agi poteſt, ſub actione cadens: abhinc πρᾶγμα Facinus, res.

Ἀξιόκλαυ῀ Flendus, fletu dignus: θρηνητέ῀, κλαυτέ῀:

fit ex ἄξι☉ & ἁλαίω; ἄξι☉ autem Dignus significat, & cum Gen. construitur; ut πλείσυ ἄξι☉ maximi faciendus: cui oppon. ὀδενὸς ἄξι☉ nullius pretii, nihili faciendus: etiam præter Gen. additur Dativus; ut ἄξι☉ πλείσυ χ̀ πλύτῳ χ̀ γένες Maximi faciendus ob divitias & nobilitatem. Reperitur etiam cum Dativo, Lucianus (Westmonasterienſis) Dialogo 23. αὐταῖς κρηπίσιν ὐκ ἄξιον ὄν]α Ipſis crepidis contrà non comparandus. Hinc ἀξία Dignitas.

79. Δῶρον, ῠ, τὸ Donum, munus: fit vel à δίδωμι do; ut & donum à do, apud Latinos; vel à δῶρον (quod Græcis antiquis manum ſignificabat) quia manu darentur: abhinc δωρεὰν Gratis, δωρέομαι Dono.

80. Θαῤῥεῖν Fidere, fiducia præditum eſſe, bono eſſe animo; item ſecurum eſſe: θαρσῶν, ex Θάῤῥος, vel Θάρσος Fiducia, animi præſentia (θράσος vero Audacia, temeritas, unde θρασὺς, temerarius; & θρασύω Audaciam affero) θάρσος autem à θέρσω, fut. Æol. verbi θέρω, unde & θέρσος pro θάρσος dicunt Æoles: hinc & θερσίτης Confidentiloquus, qualis & ab Homero inducitur perſona Therſites.

At cui nos opus eſt *imprimis* credere dicto?
Gratis quod homines crimine abſolvit Deus.
Quid benefacta igitur quæ lex præſcribit amoris?
Sunt iſta fidei *fructus*, ad vitam *via*.
Sanctior aura Dei quos nobis dictat amandos?
Deum ante cuncta, proximéque *hominem* alterum.
An *privata* cupit Deus, an *communia* vota?
Vult *utraque* genitor *ſingulorum* atque *omnium*.
Quid cupit à nobis divina potentia poſci?
Quod *gloriæ* ipſi, quódque nobis *uſui* eſt.

Πίσευτὸν ᾧ τίνι γνώμη πρῶτ' ἔξοχον ἄλλων;
[1] Χάειν δικαίων αὐτὸν ἀνθρώπυς Θεόν.
Ἔργα τί δ' ἔν ἀγάπης τὰ νόμος φρίπυσος ἄνωγε;
Τἀκεῖνα, πίσεως καρπὸς, εἰς ζωὴν τείβος.
Γνῶμα Θεῦ ἅγιον κέλεται τίνας ἀμφαγαπάζειν;
[2] Θεὸν ταπρῶτ', ἄνθρωπον εἶτα ἕτερον.
Ἦ ῥ' ἰδᾷ ξωῇ τε Θεῷ δίον ἐυχετάασθαι;

[3] Ἀμφοῖν

ᾳ Ἀμφοῖν ὁρίγεται ξωὸς ἠδ' ἴδιος Πατήρ.
Αἰτῆσαι τί δ' ἄν ἰμείρῃ Ὑψίστος ὑφ' ἡμέων;
90 Τοῦνδοξον αὐτῷ καὶ τόδ' ἡμῖν χρήσιμον.

Teſtimonia Sacra.

[1] Rom. 3. 24. Δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

[2] Math. 22. 37, 38, 39. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, ἀγαπήσεις Κύριον τὸν θεόν σε ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ σε, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου. [38] Αὕτη ἐστὶ πρώτη καὶ μεγάλη ἐντολή. [39] Δευτέρα δὲ ὁμοία αὐτῇ, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.

[3] Math. 6. 6. Σὺ δὲ ὅταν προσεύχῃ εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου, καὶ κλείσας τὴν θύραν σου πρόσευξαι τῷ Πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ, καὶ ὁ Πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ Math. 18. 20. Οὗ γάρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. Act. 3. 1. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερὸν ὅπι τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐνάτην.

Sectio Nona.

Πιστὸν Credendum eſt; idem quod πιστέον: fit à 3. ſing. præt. paſſ. πεπίστται, τὸ πιστόω Fidem habeo; credo, quod videas.

Γνώμη, ης, ἡ, Sententia, mens, animus, conſilium, decretum: fit à γιγνώσκω Noſco, cognoſco; γνώσομαι, ἔγνωκα: hoc autem à νοῶ, à quo fit νοΐσκω; & per Synæreſin νώσκω, & addito Æolic. γ, γνώσκω: ex γνώσκω autem per reduplicationem τὸ γ, & interpoſitione τὸ ι, fit γιγνώσκω.

Ἔξοχον, Neutro genere τὸ ἔξοχος Eximius. Adverbialiter capitur pro ἐξόχως, pro quo ἔξοχα frequentius uſurpatur; pro quo καθ' ἔλλειψιν τὸ ἐξ, dicunt Poetæ ὄχα: ſignificat Eximiè, præ cæteris, excellenter: fit ab ἐξέχω, Promineo, orior; ut πρὶν ἅλιον ἐξέχειν Antea vel priuſquam Sol oriretur: abhinc ἐξοχὴ Excellentia; unde κατ' ἐξοχὴν Per excellentiam.

81. Χάειν Gratis, Accuſ. Adverbialiter poſitus, ἀπὸ τ χάεις, ίος, in Accuſ. χάειν, Gratia: hinc χάειτες, Tres Sorores, Gratiæ dictæ, Ἀγλαΐη, Εὐφροσύνη, Θαλίη, Græcis Gentilibus: χάειν etiam ponitur pro ἕνεκα vel ἕργω; ut τεῦδε χάειν, hujus rei Gratia.

Δικαῶν, Juſtum, æquum cenſere, juſtificare; cui opponitur καταδικάζειν Condemnare; Infin. Activ. τ δικαιόω Juſtifico; quod à δίκαιος Juſtus, æquus, & τὸ δίκαιον, ſubſtantivè pro æquitas; & in plur. τὰ δίκαια Jura: etiam cum verbo Subſtantivo exponitur Dignus; ut δίκαιος ὤν ἀποθανεῖται Dignus morte; δίκαιος autem (ait Ariſtot. Lib. Ethic. 5.) quaſi δίχαιος, quo modo δικαστὴς quaſi δίχαστὴς (à δίχα bipertito, & δίχάζω in duo divido) quod in duas æquales partes rem ſcindat neutri parti plus minúſve ratâ portione tribuens. Plato vero putat δίκαιον quaſi δίαιον (i. e. διὰ ἰὸν) per omnes res procurrens; aſcita ſibi κ, ad elegantiorem ſonum: abhinc ἀδικία Injuſtitia; cui oppon. δίκη Juſtitia.

83. Ἀγάπη, ης, ἡ, Amor, dilectio, charitas; item ἀγάπαι, Communia Chriſtianorum Convivia Charitatis cauſsâ inſtituta: abhinc ἀγαπάζω Amo; à quo ἀμφαγαπάζω Deamo, valde amo: fit ab ἀγαπάω Amo, diligo. De honeſto & inhoneſto amore uſurpatur; ſignificat etiam Oſculor.

Πεύσυσος Fama circumquaque notus, fando paſſim celebris: fit à πυνθάνομαι & πεύθομαι Audio, intelligo, cognoſco; πέυσομαι, πέπυσμαι, cum Gen. perſ. & Accuſ. rei; ut πυνθάνομαι σε τὰ πράγματα Ex te res cognoſco: etiam cum ſolo Gen. ut ἐγὼ τ πατρὸς ἐπυνθανόμην Ego de Patre audivi; item Interrogo ſignificat; ut πλεῖόν σε πεύσομαι πατρός, ubi intelligitur περὶ ante Gen. πατρός.

84. Καρπὸς, ῦ, ὁ, Fructus. Generaliter pro quarumlibet plantarum fructu accipitur; item Metaphoricῶs, ut Utilitas, emolumentum. Quidam item pro vola accipiunt: abhinc καρπίζω Fructum colligo.

Τείβω, ω, ἡ, Semita, à Viatoribus trita; etiam Iter, curſus; etiam trita conſuetudo; unde τείβον λαβεῖν Aſſueſcere, inveteraſcere: fit à τείβω Tero, contero: Item τείβειν Triturare. τείβω autem fit à τρῶ, quod per Syncopen ex τερέω; hoc autem ex τέρω Tero: abhinc τείβις Tritura & τειπτης Tritor.

85. Κέλεται Jubet, 3. ſing. Præſ. τ κέλομαι Jubeo; κελήσομαι, tanquam à κελέομαι: abhinc κελεύω Jubeo, impero, hortor; quod peculiariter de nautis dicitur. κέλευσμα Celeuſma, hortatio nautica.

86 Ἔιτα

86. Ἔπειτα, Ionicè ἔπειθ᾽ Deinde, poſtea, tum, itáne; interdum vacat. Initio Periodi ὀργητικῶς Iracunde uſurpatur; tuncq; reddi poteſt, quid ergo, ergone. Idem valet ἔπειτα; & ſic uſurpatur: abhinc μετέπειτα, idem.

Ἄνθρωπος ἕτερος Homo alter, i. e. Proximus. Caſaubonus puto obſervavit ὁ πλησίον idem ſonare quod Hebraicum רֵעַ vel רֵעֵהוּ Socius, Proximus, Vir ad Socium, (i. e.) ad alium. Propriè dicitur de duobus: capitur etiam pro Diverſus, alius; interdum cum Gen. & exponitur Alius ab, diverſus ab, ut ἕτερον τῆς ἀληθοῦς Diverſum ſeu alienum à vero: & στοιχεῖον ἕτερον ἢ τεσσάρων Elementum aliud à quatuor illis.

87. Ἰδίᾳ, ξυνῇ Privatìm, communitèr; opponuntur vel publicè, Dat. adverbialiter ab ἴδιος & ξυνὸς, ſup.

Δέον, ſubaudi ὄν, Licet, neceſſarium eſt. Neut. ſing. part. præſ. à δεῖ Oportet, opus eſt. Cum Gen. conſtruitur, ut δεῖ πολλῶν σοι Tibi multis opus eſt. ἔδει Oportebat; δεήσει Oportebit; ἐδέησε Oportuit; δεῖν Oportere; δέον Quod oportet: Omnia ſunt in uſu.

Εὐχέσθαι Preces fundere, precari, vota facere. Poeticè pro εὐχέσθαι; Infin. τὸ εὐχέσθαι ſupplico; quod ab εὔχομαι Precor, preces fundo: εὔξομαι, εὔγμαι. Cum Dat. ut εὔχεσθαι τοῖς θεοῖς Preces fundere Diis: abhinc εὐχὴ Precatio, votum; unde εὐχὴν ἔχεσθαι & εὐχῆς τυγχάνειν Potiri voto: etiam εἰ' εὐχῆς ὅτι μοι τοῦτο hoc mihi eſt in votis: Item μετ' εὐχῆς Optando; καθ' εὐχὴν vel πρὸς εὐχὴν Ex animi ſententia, ad votum.

88. Ἀμφοῖν. Gen. dual. (ab ἄμφω Ambo) poſt ὀρέγεται. Verba enim appetendi Genitiv. poſt ſe recipiunt: Gr. Gr. Rud. 143.

Ὀρέγεται Cupit, appetit. 3. ſing. præſ. τὸ ὀρέγομαι Protenſis manibus aliquid prehendere cupio; ab ὀρέγω vel ὀρέγνυμι Porrigo, extendo, tendo: abhinc ὄρεξις Deſiderium, appetentia; & contra, ἀνορεξία Inappetentia, ſtomachi faſtidium. Sine dubio ab אָרַךְ Extendit.

89 Αἰτεῖσθαι Poſci. Infin. Paſſ. ab αἰτέω Poſco, peto, poſtulo. Cum Accuſ. Perſonæ, Reiq; ſimul conſtruitur, ut αἰτῶ τὸν θεὸς τὰ ἀγαθὰ Peto à Diis bona. Dicitur etiam αἰτῶ τοῦτο παρά σε Hoc abs te peto: Abhinc αἰτίζω; apud Poetas pro αἰτέω; & αἴτησις, & αἴτημα Petitio.

Ἱμείρῃ Cupiat. 3. ſing. Subjunctiv. Activi præſ. ab ἱμείρω Cupio,

Pio, desidero. Poeticum est, & cum Gen. in constructione usurpatur, ut φιλότητος & ἱμείρων Amicitiam cupiens: abhinc ἵμερος Amor, desiderium. Peculiariter autem desiderium amatorium. Eustath. inquit dici quasi ἕρως ἀπ' ἰματίου ἀφροδισίου Amor & desiderium ex Veneris veste elicitum.

90 Τένδοξον Glorioſum, pro τὸ ἔνδοξον. Quod ab ἔνδοξος Glorioſus: hoc autem à δόξα Gloria. Cui opponuntur ἀδοξία, ἀτιμία, ὄνειδος, Infamia, Dedecus, Ignominia; ut ἀδοξίαν παρασκευάζειν, vel ἐπιτίθεναι τίνι, Ignominiæ notam inurere alicui; contra ἀποσείεσθαι abſtergere: δόξα vero fit à δοκέω, ſed tanquam δόκω, δέδοκα, δέδογμαι, ἔδοξαι. à quo δόξα.

Quid benè ceſſurum divino optetur honori?
Laus atque *regni* decus & *obſequentia.*
Utile quid nobis precibus depoſcere fas eſt?
Alimenta, veniam, deinde depulſum *mali.*
95 Quo ſe more jubet numen cœleſte vocari?
Purè, modeſtè, ſpe bonâ, nullo ambitu.
Fáſne Deum juxta eſt *alios* in vota vocare?
Fert ille graviter *æmulum* apponi ſibi.
An Deus ulla ſibi patitur *ſimulachra* locari?
100 Spernit *figuras aſpici* vultus negans.

Ἀλλὰ τί πρὸς θείαν ἠμεῖς εὐξαίμεθα τιμὴν
Κῦδός τε, σκῆπτρόν τ' ἀρεὺ, καὶ πιθήνιον.
Ἄμμι δ' τὶ χρηστόν γε Θεῦ πάρα καὶ' ἱκετάδην;
Τροφήν τε, κἄφεσιν, κακῶν τ' ἀποστολήν.
95 Πῶς δ' ἔστι ὑψίσω Θεῷ ἀνεραὶ εὐχετάασθαι;
Ἀγνῶς, ταπεινῶς, ἁρπαλέως, μὴ πολυλόγως.
Ἦ ῥ' ἄλλως θέμις αὖτε ἐναντίον εἰσκαλέεσθαι;
Ζηλῷ πεπληγὼς λυγέραιν ξυγάμῳ.
Ἦ Θεὸς ἱδρῦσθαι οἱ ἀγάλματα πάμπαν ἀνέτλη;
100 Κρύπτων ἄποπτον εἶδος εἰδώλοις συγῇ.

Teſtimonia Sacra.

Math. 6. 9, 10. Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. [10] Ἐλθέτω ἡ Βασιλεία σου, γενηθήτω τὸ θέλημά σου.

Math.

[2] Math. 6. 11, 12, 13. Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον [12] καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. [13] Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.

[3] Psal. 17. 1. Εἰσάκουσον, κύριε τῆς δικαιοσύνης μου πρόσχες τῇ δεήσει μου ἐνώτισαι τὴν προσευχήν μου οὐκ ἐν χείλεσι δολίοις. 1 Joh. 3. 22. Psal. 86. 1. Psal. 9. 18. Matth. 21. 22. Marc. 11. 24.

[4] Math. 6. 5, 6, 7. Καὶ ὅταν προσεύχῃ οὐκ ἔσῃ ὥσπερ οἱ ὑποκριταί, ὅτι φιλοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν ἑστῶτες προσεύχεσθαι ὅπως ἂν φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις, &c.

[5] Exod. 20. 5. Οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, οὐδὲ μὴ λατρεύσεις αὐτοῖς· ἐγὼ γάρ εἰμι κύριος ὁ θεός σου, θεὸς ζηλωτής. Isa. 42. 8. Ἐγὼ κύριος ὁ θεός, τοῦτό μου ὄνομα, καὶ δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ δώσω.

[6] Exod. 20. 4. Οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα. Deut. 4. 12. Καὶ ὁμοίωμα οὐκ εἴδετε. [15] ὅτι οὐκ εἴδετε ὁμοίωμα ἐν τῇ ἡμέρᾳ, &c. Isai. 40. 18. Τίνι ὡμοιώσατε κύριον, καὶ τίνι ὁμοιώματι ὡμοιώσατε αὐτόν.

Sectio decima.

91. Εὐξαίμεθα Optemus benè, Precemur, 1. Plur. aor. 1. Optativ. med. ab εὔχομαι Precor. ſup.

Τιμὴ, ῆς, ἡ, Honos, cultus: Item Pretium, κλέος: fit à τίω Honoro, magni æſtimo; item punio, vindico, ulciſcor; in quâ ſignificatione uſitatior eſt vox media; item ſolvo, ut δίκλω τίνυσι Pœnas dant, vel ſolvunt: abhinc τίμιος, & ſuperlat. τιμιώτατος, i. e. τιμήεις, ἔντιμος, ἔνδοξος, πλείστου ἄξιος, ἀξιόπιστος, ἀξιόχρεως, ἀξιωματικὸς, Honoratus, honorabilis, fide dignus.

92. Κῦδος, εος, ους, τὸ, Decus, Gloria; Κλέος, δόξα: at κύδος, ὁ, Convitium, & κῆδος, τὸ, Cura: fit à κύω Amo; quod omnibus ſit innatus Gloriæ amor: vel quaſi à κύειν δέος Parere timorem, quòd Plebeiis timori ſint præſtabiles; vel à κήδω Curo: abhinc κυδάεις Glorioſus, κυδίων Glorioſior, κύδιστος Gloriosiſſimus.

Σκῆπτρον, ου, τὸ, Sceptrum. (Per metonymiam adjuncti, pro Regno;

Regno; ſignum videlicet pro re ſignificata) Baculus, Scipio: fit à σκήπτω Innitor, nitor (interjecto ρ) quod Euſt. à σκηνείπτω deducit, per Syncopen; ſed potius σκηνείπτω à σκήπτω, Epentheſi ſyllabæ ει. Veriſſimè autem ab Hebraico שָׁבַט.

Εὐρὺς, εῖα, ὺ. Adjectiva enim in ὺς, fœm. in εῖα, neut. in ὺ formant, Gr. Gr. Rud. pag. 26. Amplus, latus: fit ex εὖ & ῥέω Fluo; ut propriè dicatur de fluvio latè & benè fluente: abhinc εὐρὺ Latè, neut. Adverbialitèr.

Πειθήνιον Obſequentia. Neut. Subſtantivè poſitum, à πειθήνιος Obſequens, Obediens, Moriger: fit ἀπὸ τοῦ πείθεσθαι ἡνίοις. Propriè dicitur de equis qui habenis parent: ἡνία autem Euſtath. ab ἑνόω unio, derivat.

93. Ἄμμι Nobis. Dat. plur. Æolicè pro ἡμῖν ab ἐγώ.

Ἱκετεύω Supplico, ſupplex oro: abhinc ἱκέτευμα Supplicamentum. Conſtruitur cum accuſ. ut ἱκετεύειν τὸν Θεὸν ὑπὲρ Παύλου Supplices preces fundere pro Paulo: fit ab ἱκέτης Supplex; quod vel ab ἱκέομαι, aliquando ſupplico vel ἱκέτης quaſi ἱκέσης, ut fit ἱκόμην τοῦ εἰς ἕξιν τίνος Domum alicujus adiens.

94. Τροφὴ, ῆς, ἡ, Alitura, nutrimentum, alimentum, & τέθραφαι Adoleſcentes: fit à τρέφω Alo, nutrio, educo: θρέψω, tenui in aſpiratam mutata, ad differentiam fut. τρέψω verbi τρέπω verto.

Κἄφεσιν Et veniam, pro καὶ ἄφεσιν: Accuſ. ſing. ab ἄφεσις Remiſſio, dimiſſio; quod ab ἀπὸ & ἵημι Mitto, immitto, emitto.

Ἀποστροφὴ Averſio; item Depulſio, diſſuaſio, dehortatio: fit ab ἀποτρέπω Averto, Deterreo, dehortor; ab ἀπὸ & τρέπω verto, converto, τρέψω, τέτροφα, præt. med. τέτραμμαι: à quo τροπὴ Verſio: τρόπος Mos, conſuetudo, ſtudium, authoritas.

96. Ταπεινῶς Humilitèr, modeſtè, adverbium: à ταπεινὸς, ὴ, Humilis; cui opponitur ὑψηλὸς Procerus, altus: hinc τὸ ταπεινὸν, neut. ſubſtantivè pro Humilitas; & ταπεινοφροσύνη Animi humilitas, & demiſſio, modeſtia, quæ inter ſummas virtutes numeratur: Qui talis eſt, h. e. humilis, dicitur ταπεινόφρων: contra ὑψηλόφρων, idem quod ὑψηλόνους, qui eſt mente elata, & ſuperba.

Θαρσαλέως fidenter, cum Fiducia, audacter, intrepidè: Adverbium à θαρσαλέος fiducia præditus, confidenti animo, audax.

dax. Hoc autem à θάρσος Fiducia, ſupra.

Πολυλόγως Multiloquentèr, ambitu ; adverbium ex πολυλόγος Multiloquus ; ex πολὺς multus, & λόγος ſermo, ſup.

98 Ζῆλος, ου, ὁ, Æmulatio, pro Invidia ſumitur ; Impetus mentis ad cultum divinum, & Religionis amplectendæ vegeta Cupido, Zelotypia : abhinc Ζηλόω Zelotypus ſum : fit à ζέω, i. e. à fervore & vehementiâ.

Πεπληγὼς, γυῖα, γὲς Impulſus. Part. prær. med. τῦ πλήσσω, vel πλήττω Percutio, ferio ; item frango, πλήξω, πέπληκα· prær. med. πέπληγα. (In Part. πεπληγὼς) à quo πληγὴ Plaga, ictus, vulnus : πλήγανον Bacculus.

Δυσχεραίνει Moleſtè, ægrè fert : 3. ſing. præſ. Ind. activ. τῦ δυσχεραίνω Moleſtè fero, χαλεπῶς φέρω· δύσφορος ἐνέγκω, δύνοσπαθέω· fit ex δυσχερὴς Difficilis, arduus, manibus non facilè tractabilis : hoc autem à δύσ & χεὶρ· (χειρὸς, & Poeticè χερὸς & χερῶς & χηρὸς) Manus. Conſtruitur cum Accuſ. & cum Dat. ut hic, δυσχεραίνει ξυγγάμω· necnon cum ὅτι ſequente Dat. cum χῆ ſeq. Gen. & cum Infinit. & deniq; cum Partic.

Ξύγγαμος Corrivalis ; Atticè & Ionicè pro σύγγαμος Conjux ; fit à σὺν & γάμος Nuptiæ. Quidam dictum volunt γάμον, quaſi δάμον, παρὰ τὸ δαμάζειν Domare : unde dicuntur Virgines ἀδάμαστοι Indomitæ. Euſtath. ait παρὰ τὸ δεδμῆσθαι ἀλλήλοις τὰς συζύγας Quia ſibi devincti ſunt Conjuges : abhinc γαμήλιος Nuptialis.

99 Ἵδρυσθαι Collocari, Infin. Paſſiv. τῦ ἱδρύω & ἵδρυμι Sedere facio, aut jubeo, colloco, ſtatuo ; idem quod ἕζω & ἵζω ; à quo ab Euſt. derivatur : abhinc ἵδρυμα Fundamentum, firmamentum ; item Delubrum.

Ἄγαλμα, ατος, τὸ, Simulachrum, ſtatua ; etiam Ornamentum, oblectamentum : fit ab ἀγάλλω Orno, inſignio, decoro : abhinc ἀγαλματόω In ſtatuam verto ; ἀγαλμάτιον, Dim. ab ἄγαλμα Imaguncula, ſtatua parva.

100 Κρύπτω Occulto, abſcondo, abdo, celo, φω, κέκρυφα· ἀποκρύπτω, καταδύνω, καλύπτω : abhinc κρύβδην & κρύβδα Occultè, clàm, κρύψις Occultatio, abſconſio.

Εἶδος, εος, τὸ, Facies, forma, ſpecies ; item Genus : fit ab εἴδω video ; à quo ἴδε & ἰδὲ Ecce, adverb. ex Imper. Facta : εἴδωλον Idolum, ſimulachrum, imago, effigies : Sic appellatur quicquid quo forma rei alicujus vel fictæ, vel etiam veræ nobis repræſentatur.

Στυγέω, ῶ, στύξω, ab inuſitato στύγω, Odi, timeo, horreo, odio

odio persequor. Cum Infinit. exponitur metuo; etiam Tristor, οἱ δ' ἧσσον εἰσαΐοντες Tristati sunt introeuntes: abhinc στύγος Odium, & στύξ Styx, Palus apud Inferos; item Horror.

